Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26558
Copyright: Admont, Benediktinerstift



157

gitationes anime regunt ueluti a
capite cetera membra. ita erit ut carmelus
.i. sciens circumcisionem qui recognoscet et
intelliget bene quia sit uera circumcisio
in corde scilicet non in corpore ut nunc existi
mant iudei propheta attestante qui ait.
Circumcidimini in cordibus uestris. Carme
lus est mons et interpretatur sciens circumci
sionem. et secundum sola interpretationem ha
bet hic locum. Item aperte dicere. O synago
ga que adhuc obseruas carnale circum
cisionem ignorans spirituale et ceteras
carnales obseruantias. quando quidem
eris sciens ueram circumcisionem scilicet spi
ritale in fine. Sequitur. Et come capi
tis tui. i. subtiles et discrete cogita
tiones que procedunt de mente tua erunt
sicut purpura regis. i. erunt comparabiles